

» secretus dicti domini ducis et ipse Michaelus nil aliud pro  
 » presenti requirat nisi confectionem talis tosei et bonum sit velle  
 » intelligere a dicto Michaelo quomodo ipse se intelligit cum dicto  
 » Zanino ut videatur si res hec sit factibilis aut non, vadit pars  
 » quod respondi debeat ipsi Michaeli quod non videtur nobis ad  
 » talia attendere nisi prius de novo se intelligat cum Zanino pre-  
 » dicto et quando se intelliget cum eo taliter quod videamus rem  
 » esse factibilem nos providebimus per modum convenientem et  
 » debitum et sic quod remanebit bene contentus et in casu quo di-  
 » cat velle ire ad partes illas pro se intelligendo cum dicto Zanino  
 » dicatur ei quod sumus contenti quod possit ire dummodo rece-  
 » dat hinc infra terminum salyiconductus sibi concessi qui spirat  
 » per totam diem XVII mensis presentis et quod ut possit redire  
 » libere Venetias ex nunc facimus sibi salvum conductum valitu-  
 » rum diebus octo postquam Venetias applicuerit de reditu, et si  
 » non dicet velle ire declaretur ei quod salvus conductus sibi factus  
 » spirat per totam diem mercurii.

» De parte . . . . . 15

» Non . . . . . 1

» Non sincere . . . . . 0

» Die septima mensis novembris

» Ser Laurentius Donato }  
 » Lodovicus Venerio } capita

» Quod fieri debeat experientia in duobus animalibus porcinis  
 » de liquore et pulvere existentibus in scatula quae est in banco  
 » sicut nunc repertum est. et si experientia bene exhibit debeat dari  
 » de utroque Michaelo Mudatio ut vadeat ad exequendum nego-  
 » tium de quo secum tractatum est. et ut habeat pecuniam pro  
 » expensis dari sibi debeant ducati viginti. et debeat sibi dici et  
 » promitti quod si causa pro qua mittitur habebit effectum dabun-  
 » tur sibi nomine nostri domini ducati XXV. m. de quibus ipse